

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discrecio p
cum fonte primo

Discrecio uirtutibus modum imponit
sine qua uirtutes sunt uicia.

Nam si assit
timor et non discrecio, transit in desperationem;
si dolor, in amaritudinem;

si amor, in adulacionem;
si spes, in presumptionem;
si leticia, in dissolutionem;
si ira, in furorem.

Ibidem (Petrus Rauennas in quodam sermone).

*Quomodo virtutes in vitia vertantur
nisi per discretionem moderentur.*

Sic et de aliis affectibus credere debemus,
periculosos quidem esse,
nisi eos intra aequitatis metas coerceamus.
Certe quam malum sit dolorem et spem modum
excedere ex praedicto Simeonis et Levi factio
facile possumus advertere:

de quibus per Jacob dicitur:

*Maledictus furor eorum quia pertinax,
et indignatio eorum quia dura (Gen. XLIX).*

Caute ergo circa omnes debet custodiri,
ut non solum sint ordinati, sed etiam moderati.

Timor enim nimius saepe cadit in desperationem,
dolor nimius in amaritudinem,

→ spes immoderata in praesumptionem,
amor superfluus in adulacionem,

← laetitia supervacua in dissolutionem,
ira intemperata in furorem.

Ricardus de sancto Victore, *De praeparatione
animi ad contemplationem liber dictus Benjamin
minor*, 66 (PL 196, col.47C-D).